



**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &  
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

**Molina, Luis de**

**Lugduni, 1622**

Vtrum dolor sit in dæmonibus. articul. 3. disputat. 1.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](#)

rum constituisse denegare illis concursum generalē ad omne opus bonum moraliter.

*Circa causam obstinationis damnatorū impia sententia.*

Illud hoc loco admonuerim, quodam longè diuersam causam tantæ obstinationis reddere, quā haec tenus à nobis redditæ sit. Aureolus namque, vt referunt Marsilius in 2. quæst. 5. artic. 3. & Maior dist. 7. q. 1. afferuit, eße habitum quendam pessimum, & intentissimum à Deo illis infusum in peccatum suorum delictorum, quo ad malum, atque ad odium Dei & virtutis inclinantur. Ochamus in 2. dist. 19. & quodlib. 1. q. 19. quem defendere vult Gabriel in 2. dist. 7. q. 1. affirmat, Deum se solo producere odium sui ipsius in damnatis, atque in peccatum delictorum, quæ sufficerunt, illi necessitatem imponere ad huiusmodi actum, indequæ vterius inclinari ad malum, & ad odium virtutis. Vtraque sententia impia sanè videtur, pectoraque Christiano indigna: Deum namque efficit autorem mali, quod sanè est impium. Addic, ea sententia data, neque diabolum, neque alios damnatos peccare in eo quod Deum odio profequantur, & alia mala moliantur: in eo namque ad quod quis necessitatibus, quodque vitare non potest, non peccat: contrarium autem aperie innuit testimonium illud 1. Ioan. 3. Ab initio diabolus peccat: innuit enim usque ad hanc diem peccando persistere,

### ARTICVLVS III.

*Vtrum dolor sit in dæmonibus.*

### DISPUTATIO I.

*Dolor in dæmonibus qua-*

**C**ONCLUSIO est. In dæmonibus est dolor. Adde esse etiam tristitia, seu afflictionem, non quidem, vt sunt passiones appetitus sensitivi, sicutque cum transiutorie corporis: quandoquidem appetitus sensitivo, & corpore carent: sed ut dicunt actus simplices voluntatis. Dolor autem voluntatis, ut hoc loco D. Thomas ait, est renis voluntatis ad id quod est, aut ad id quod non est, id est, est velle non esse, quod est, aut esse, quod non est. Atque eiusmodi actum sequitur tristitia & afflictio voluntatis, quæ opponitur gaudio: quemadmodum etiam ex amore boni præsentis sequitur gaudium: quod vero maior est renis voluntatis, & maius est malum verum vel apprens, cui voluntas penitit, & maior sequitur tristitia & afflictio: propter eiusmodi vero tristitiam & afflictionem, quæ naturaliter consequitur renis voluntatis, suspicor renis ipsum & disponentiam mali appellari dolorem: imo propriè non dici dolorem, nisi quando coniunctam habet tristitiam & afflictionem. Vnde mirandum non est, si interdum renis ipse & disponentia mali, adiunctam habens tristitiam & afflictionem, dicatur dolor: interdum vero sola tristitia & afflictio dolor nuncetur.

De conclusione non est qui dubitet, potestque confirmari ex illo 2. Petri 2. *Angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni deraulos tradidit cruciandos.* Et ex illo Apocal. 10. *Diabolus missus est in fragnum ignis, & sulphuris, ubi & bestia, & pseudoprophecia cruciantur die ac nocte: cruciatus autem non est sine renitentia, tristitia, & afflictione.*

*Ad tristitiam.* Dubium tamen est, utrum ad tristitiam voluntatis concurrat voluntas efficienter, aut solùm passiuè, currit efficiët. Scotus in 1. dist. 1. quæst. 3. & in 4. dist. 49. q. 7. assertor voluntas, & non passiuè, arbitratur concurrere solùm passiuè. Contraria tamen sunt tantum. Sententia est proculdubio amplectenda. Est enim

A tristitia voluntatis, perinde atque gaudium, operatio vitalis: ad quam proinde necesse est concutre efficienter ea potentia, cuius est actus, & in qua est tamquam in subiecto. Tristitia autem & gaudium naturaliter, & non liberè, sequuntur ex renitu mali, aut ex amore boni præsentis.

### DISPUTATIO II.

*Vtrum dolor, & tristitia dæmonum de beatitudine amissa pertineat ad pœnam damni, an sensus.*

**C**VM dæmones non solùm doleant, contristantur, & affligantur igne, quo cruciantur, sed etiā *natura quædam* per notitiam sempiterne beatitudinis amissa, immo cum vermis eorum, qui numquam morietur, eisque interioris per totam æternitatem corrodet, non aliud sit, quam dolor de peccatis, quatenus causa fuerunt cruciatum æternorum, & amittendi sempiternam felicitatem, seu, quod id est, dolor, tristitia, & odium aduersus semetipos, eò quod cum sua potestate habuerint fugam eorum scelerum, ex quibus tot, tantaque pœnarum genera incurruerunt, ea non vitauerint: dubium est an dolor ille, de amissa sempiterna beatitudine, dicendum sit pertinere ad pœnam damni, an potius ad pœnam sensus, an potius ad pœnam damni.

Sunt qui affirmant, quanvis reduci possit ad pœnam sensus, quatenus non est ipsam carentia diuinæ visionis, & beatitudinis, quæ efficientiæ & paternæ præcipue est pœna damni, sed est tristitia & dolor de obiecto, nihilominus pertinere simpleriter ad pœnam damni. Id vero probant primò, quia oritur ex pœna, nempe ex carientia diuinæ visionis, seu potius ex notitia illius obiecti, ac proinde ad pœnam ipsam damni tamquam effectus & complementum illius pertinet. Secundò, quia delectatio, quæ oritur ex visione diuinæ essentia & ex amore Dei clarè visi, pertinet ad præmium essentiæ, tamquam effectus & complementum illius: ergo cum carientia beatitudinis sit pœna damni, præmissa essentiæ priuatiæ opposita, dolor, & tristitia, quæ ex illa oritur, spectabit etiam ad pœnam damni, tamquam complementum quoddam illius. Sic sentit Dominicus à Soto in 4. dist. 46. quæst. 1. artic. 1. & quidam alij.

Mihi contrarium videtur verius, pertinere scilicet ad pœnam sensus. Ducor primò quoniam pœnam sensus, qui propter solum originis peccatum damnati sunt: at in his nulla est tristitia de beatitudine amissa: quodammodo peccatum originis, quod aliena voluntate commissum est, solum eis nocuit in gratiatis, talisque in reliquis omnibus eos reddidit, quales essent, si in puris naturalibus essent conditi: cum ergo, si in puris naturalibus essent produti, nullam essent tristitiam habutri, quod beatitudine supernaturali non essent beati, efficiuntur, ut de beatitudine supernaturali, quam aliena voluntate amiserunt, nec habeant, nec habituri sint tristitiam, Deo id ita prouidente, nec concurrent cum voluntate eorum, & notitia amissæ beatitudinis in pœnam iustam propter peccatum originis, ut inde generetur tristitia.

Confirmatur hæc ratio, quoniam esto illi, qui cum solo originis peccato ex hac vita discesserunt in perpetuum ignorantem se in pœnam pro eo peccato priuatos esse beatitudine supernaturali, immo esto ignorantem possibilem esse beatitudinem supernaturalem, nihilominus haberent integrum pœnam